

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

In M. Antonium Philippica Nona. Oratio LII.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

## In M. Antonium

pluribus remittit aliquantum, & relaxat. Galliam inquit remitto, comatam postulo, otiosus vide-  
 licet esse malo. cum sex legionibus inquit, hisque suppletis ex D. Bruti exercitu, non modo ex dele-  
 Prove con-  
 fules. etu suo: tamen ut obtineat, quod dicitur D. Brutus, C. Cassius Consules prove consules provincias  
 obtinebunt: huius comitiis C. frater est enim iam annus, ut repulsam tulit. ipse autem ut quinquennium  
 inquit obtineat. At istud vetat lex Caesaris, & tua. Hec tu mandata L. Piso, & tu, L. Philippe princi-  
 pes civitatis non dico animo ferre, verum auribus accipere potuistis: Sed ut suspicor, terror erat  
 quidam: nec vos ut Legati apud illum fuistis, nec ut Consulares: nec vos vestram nec Reip. digni-  
 tatem tenere potuistis, & tamen nescio quo pacto, sapientia quadam credo, quod ego non possum, non  
 nimis irati reuertistis, vobisque M. Antonius nihil tribuit, clarissimis viris, legatis populi Ro-  
 mani: nos quod non Legato Antonii Cotyle concessimus: cui portas huius urbis patere ius non  
 fuit, huic hoc templum paruit, huic aditus in Senatum fuit: hic hesterno die sententias nostras in  
 codicillos, & omnia verba referebat: huic se etiam summis honoribus hi, contra dignitatem suam ven-  
 ditabant. O dii immortales, quam magnam est personam in Republica tueri principis: que non animis solu-  
 Principis p-  
 sonam tue-  
 ri, magnam. bet, sed oculis servare civium. domum recipere Legatum hostium, in cubiculum admittere, & reducere,  
 hominis est nihil de dignitate, nimium de periculo cogitatis. Quod autem est periculum: nam si maximum in dis-  
 crimine veniet, aut libertas parta est victori, aut mors exposita victo, quorum alterum optabile est,  
 Turpis fu-  
 ga mortis. alterum effugere nemo potest. turpis autem fuga mortis omni est morte peior. Nam illud quod non addu-  
 cor ut credam: esse quosdam, qui invident alicuius constantem, qui laboribus, qui eius perpetuam in Republica ad-  
 iuvantam voluntatem, & a Senatu, & a populo Romano. parari moleste ferant. Omnes id quod facere debema-  
 mus: eaque erat non modo apud maiores nostros, sed etiam nunc summa laus Consularium: vigilare,  
 cogitare, adesse animo, semper aliquid pro Republica aut facere, aut dicere. Ego Q. Scaevola Augure memo-  
 Q. Scaevola Augur.  
 Perdita va-  
 letudo. ria teneo bello Marfico, cum esset summa senectute, & perdita valetudine: quotidie, simulatque lu-  
 ceret, facere omnibus conveniendi sui potestatem. neque enim quicquam illo bello vidit in lecto. senexque & de-  
 bilis primus veniebat in Curiam. Huius industriam maxime egredere velle ut imitentur illi, quos oport-  
 tebat. secundo autem loco, ne alterius labori inviderent. Etiam P. C. cum in spe libertatis sexennio simus  
 ingressi: diutiusque servitutem pressi, quam captivi frugum, & diligentes solent: quas vigilias, quas sollicitu-  
 tudines, quos labores liberandi populi Romani causa recusare debemus? Egredere P. C. quicquam hoc honore usi,  
 togati esse solent, cum est in sagis civitas: statui tamen a vobis, ceterisque civibus in tanta atrocitate  
 Consulares  
 togati, cum  
 in sagis ci-  
 vitas. Consulares, ut equo animo populus Romanus visurus sit nostri honoris insignia. cum partim e nobis ira  
 timidi sint, ut omnem illi populi Romani beneficiorum memoriam abiecerint: partim ita a Republica averti, ut  
 huic se hosti favere pro se ferant: Legatos nostros ab Antonio despectos esse, & irrisos facile pa-  
 riant: Legatum Antonii subleuatum velint. huic, non reditu ad Antonium prohiberi negabant oportere,  
 & in eodem excipiendo sententiam meam corrigebant. quibus geram more. redeat ad Imperatorem suum  
 Varius: sed ea lege, ne unquam Romam revertatur. Ceteris autem, si errorem suum deposuerint, & in Reip.  
 gratiam redierint: veniam, & impunitatem danda puto. Quas ob res ita censeo: eorum, qui cum M. Anto-  
 nio sunt, qui ab armis discesserint, & aut ad Pansa, aut ad Hircium consules, aut ad Decimum Bru-  
 tum Imperatorem CONS. designatum, aut ad C. Caesarem propraetorem, ante Idus Martias adierint,  
 eis fraudi ne sit, quod cum M. Antonio fuerint. Si quis eorum, qui cum M. Antonio sunt, fecerit, quo hono-  
 re, premiove quis dignus esse videatur: uti C. Pansa, A. Hircius CONSS. alter, ambove, si eis vide-  
 atur, de eius honore, premiove, primo quoque die ad Senatum referat. Si quis post haec ad Anto-  
 nium profectus fuerit, praeter L. Varium, Senatum existimaturum eum contra Rempublicam fecisse.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA NONA.

ORATIO. LII.

Seruii Sul-  
 pitii mors,  
 & laus.



ELLEM dii immortales fecissent P. C. ut vivo potius Ser. Sulpitio gra-  
 tias ageremus, quam mortuo honores quererem. Nec vero dubito, quod  
 si ille vir renunciare legationem potuisset, reditus eius & nobis gratus  
 fuerit, & Reip. salutaris futurus. non quod L. Philippo, & L. Pisoni aut  
 studium, aut cura defuerit in tanto officio, tantoque munere: sed cum  
 Seruius Sulpitius aetate illis antea, sapientia omnibus, subito ereptus  
 totam legationem orbem, & debilitatam reliquit. Quod si cuiquam iustus hono-  
 ribus est in morte Legato, in nullo iustior quam in Ser. Sulpitio reperie-  
 tur. Ceteri, qui in legatione mortem obierunt, ad incertum vitae periculum,  
 sine ulla mortis metu profecti sunt. Ser. Sulpitius cum aliqua peruenire

di ad M. Antonium spe profectus est, nulla reuertendi. qui cum ita affectus esset, vt si ad gra-  
 uē valetudinē labor accessisset, sibi ipsi diffideret: nō recusauit, quo minus vel in extremo spi-  
 ritu, si quā opem Reip. afferre posset, experiretur. Itaq; non illū vis hyemis, nō niues, nō lōgī-  
 tudo itineris, nō asperitas viarū, nō morb<sup>9</sup> īgrauescēs retardauit: cūq; iā ad cōgressum, collo-  
 quiūq; eius puenisset, ad quē erat missus, in ipsa cura, & meditatione obeundi sui muneris ex-  
 cessit e vita. Vt igit̃ alia, sic hoc Pāsa p̄clare, q̄ nos ad ornādū Ser. Sulpitiū cohortatus es, &  
 ipse multa copiose de illius laude dixisti, quibus a te dictis nihil p̄ter sentētiā dicerē: nisi P.  
 Seruiliō respōdendū putarē, q̄ hunc honorē statuē nemini tribuēdū censuit, nisi q̄ ferro esset  
 in legatione interfectus. Ego aut̃ P. C. sic interpretor sensisse maiores nostros, vt causam mor-  
 tis censuerint, non genus esse querendū. Etenī cui legatio ipsa mortis causa fuisset, eius moni-  
 mentū extare voluerunt, vt in bellis periculosis obirēt hoīes legationis munus audacius. Nō  
 igit̃ exēpla maiorū querenda, sed consiliū est eorū, a quo ipsa exēpla nata sunt, explicandū. Lar-  
 tes Tolumnius Rex Veictrū quattuor Legatos populū Ro. Fidenis interemit, quorū statuē in  
 rostris steterunt vsq; ad nostrā memoriā. iustus honor. his em̃ maiores nostri, qui ob Rēpub.  
 mortem obierant, pro breuī vita diuturnā memoriā reddiderunt. Cn. Octauū clari & magni  
 viri, q̄ primus in eā familiā, quē postea viris fortissimis floruit, attulit Consulātū, statuā vide-  
 mus in rostris. nemo em̃ tū nouitati inuidebat, nemo virtutē nō honorabat. At ea fuit lega-  
 tio Octauū, in qua periculū suspitio nō subesset. Nam cū esset missus a Senatu ad animos Re-  
 gū perspicandos, liberorūq; populorū: maximeq; vt nepotē Antiochi Regis, q̄ cū maioribus  
 nostris bellū gesserat, classes habere, elephātos alere prohiberet: Laodiceā in gymnasio a quo-  
 dā Leptine est interfectus. Reddita est ei tū a maioribus statua p̄ vita, quē multos p̄ annos p̄  
 geniē eius honestaret: nūc ad tāte familiē memoriā sola restaret. Atq; & huic, & Tullo Clī-  
 uio, & L. Roscio, & Sp. Antio, & C. Fulcinio, qui a Veientū Rege cēsi sunt: non sanguis, q̄ p̄-  
 fusus est in morte: sed ipsa mors ob Remp. habita, honorū fuit. Itaq; P. C. si Ser. Sulpitio casus  
 mortē attulisset, dolerē equidē tanto Reipu. vulnere: mortē vero eius non monimētis, sed lu-  
 ctu publico esse honorandā putarē. Nunc aut̃ qs dubitat, quin ei vitā abstulerit ipsa legatio:  
 secū em̃ ille mortem extulit: quā si nobiscū remansisset, sua cura, optimi filii, fidelissimēq; cō-  
 iugis diligētia vitare potuisset. At ille, cū videret si vestrē auctoritati non paruisset, dissimilē  
 se futurū sui: si paruisset, munus sibi illud p̄ Rep. susceptū vitē finē allaturū: maluit in maxi-  
 mo populū Ro. discrimine mori: q̄ minus, q̄ potuisset, videri Reip. profuisse. Multis illi in vr-  
 bibus, qua iter faciebat, reficiendū se, & curandū potestas fuit: aderat & hospitū inuitatio libe-  
 ralis, p̄ dignitate summī viri, & eorū hortatio, q̄ vna erant missi, ad requiescendū, & vitē suę  
 consulendū. At ille p̄perās, festināsq; mandata nostra conficere cupiens, in hac cōstātia mor-  
 bo aduersante pseuerauit. Cuius cū aduētu maxime pturbatus esset Antoni<sup>9</sup>: q̄ ea, quæ sibi  
 iussu nostro denunciarent, auctoritate erant & sentētia Ser. Sulpitiū constituta: declarauit q̄  
 odisset Senatū, cū auctorē Senatus extinctū, letē, atq; insolēter tulit. Nō igit̃ magis Octauū  
 Leptines, nec Veientū Rex eos, quos modo noīaui, q̄ Ser. Sulpitiū occidit Antonius. Is enim  
 p̄fecto mortē attulit, q̄ causa mortis fuit. Quocirca ad posteritatis etiā memoriā p̄tinere arbi-  
 tror, extare qd̄ fuerit de hoc bello iudiciū Senatus. erit em̃ statua ipsa testis, bellū tam graue  
 fuisse, vt legatī interitus honoris memoriā cōsecutus sit. Qz si excusationē Ser. Sulpitiū P. C.  
 legationis obeundę recordari volueritis, nulla dubitatio relinquet, qn̄ honorē mortuo, cui  
 iniuriā viuo fecimus, faciam<sup>9</sup>. Vos em̃ P. C. (graue dictu est, sed dicēdū tamē) vos inquā Ser.  
 Sulpitiū vita priuastis. Quē cū videretis se magis morbo, q̄ oratione excusantē, nō vos qdem  
 crudeles fuistis: quid. n. minus in hūc ordinē cōuenit: sed cū speraretis nihil esse, qd̄ nō illi<sup>9</sup>  
 auctoritate, & sapiētia effici posset, vehemētius excusationi obstitistis: atq; eū, q̄ semp̄ vestrū  
 consensum grauissimū iudicauisset, de sentētia deiicistis, vt vero Panse cōsulis accessit cohor-  
 tatio grauior, q̄ aures Ser. Sulpitiū ferre didicissent, tū filiū meq; seduxit: atq; ita locutus est,  
 vt auctoritatē vestrā vitē se diceret anteferre. Cuius nos virtutē admirati, nō ausi sumus ad-  
 uersari eius volūtati. mouebat singulari pietate filius, nō multū pturbationi eius me<sup>9</sup> dolor  
 cōcedebat. sed vterq; nostrū cedere cogebat magnitudinē animi, orationisq; grauitati: cū qdē  
 ille maxima laude, & gratulatione oīm vestrū pollicitus est, se qd̄ velletis esse facturū: neq; ei<sup>9</sup>  
 sententiē periculū vitarurū, cuius ipse auctor fuisset, quē exeq; mandata vestra properantē ma-  
 ne postridie p̄secuti sumus, qui quidē discedens mecū ita locutus est, vt eius oratio omen fa-  
 ti videret. Reddite igit̃ P. C. ei vitā, cui ademistis. Vita em̃ mortuorum in memoria viuorum

Lartes To-  
lumnus.  
Legatorū  
cēforū ho-  
nos.

Vita mor-  
tuorum, in  
memoria  
viuorum.

## In M. Antonium

est posita, perficite ut is, quem vos ad mortem inscii misistis, immortalitatem habeat a vobis. cui  
**Inobscu-** si statuum in rostris decreto vestro statueritis: nulla eius legationis posteritatem inobscurabit  
**re.** obliuio. Nam reliqua Ser. Sulpitii vita multis erit praeclarisque monumentis ad omnem memori-  
 am commendata. semper illius grauitatem, constantiam, fidem, praestantiam, in Rep. tuenda curam, atque  
 prudentiam, omnium mortalium fama celebrabit. Nec vero silebitur admirabilis quaedam, & incre-  
 dibilis, & pene diuina eius in legibus interpretandis, equitate explicandis, scientia. omnes qui  
 ex omni aetate hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, si unum in locum conferantur, cum  
**Non magis** Ser. Sulpitio non sunt comparandi. Neque enim ille magis iuris consultus quam iustitiae fuit. Itaque quae  
**iuris consul** proficiscebantur a legibus, & a iure ciuili, semper ad facilitatem, equitatemque referebat. neque con-  
**tus quam iusti** stituere litium actiones malebat, quam controuersias tollere. Ergo hoc statuere monumento non eget,  
**tiae,** habet alia maiora. haec enim statua mortis honeste testis erit: illa memoria vitae gloriose, ut hoc  
 magis monumentum gratiae Senatus, quam clari viri futurum sit. Multum etiam valuisse ad patris ho-  
 norem pietas filii videbitur: qui quamquam afflicto luctu non adest, tamen sic animati esse debetis, ut  
 ille si adestet, est enim ita affectus, ut nemo unquam unicum filium mortem magis doluerit, quam ille mor-  
 ret patris. Equidem etiam ad famam Ser. Sulpitii filii arbitror attinere, ut videatur honorem de-  
 bitum patri praestitisse. quamquam nullum monumentum clarius Ser. Sulpitius relinquere potuerit, quam effi-  
 giem morum suorum, virtutis, constantiae, pietatis, ingenii filium, cuius luctus aut hoc honore ve-  
 stro, aut nullo solatio leuari potest. Mihi autem recordanti Ser. Sulpitii multos in familiarita-  
 tate nostra sermones, gratior illi videtur, si quis est sensus in morte, aenea statua futura, & ea  
 pedestris magis, quam inaurata equestris, qualis L. Syllae prima statua est, magnifice enim Seruius  
 Sulpitius maiorum continentiam diligebat: huius seculi insolentiam vituperabat. Ut igitur si  
 ipsum consulam quid velit, sic pedestre ex aere statuam, tanquam ex eius auctoritate, & voluntate de-  
 cerno. quae quidem magnum ciuium dolorem, & desiderium honore monumenti minuet, &  
 leniet, atque hanc meam sententiam P. C. P. Seruili sententia probari necesse est, qui sepulcrum  
 publice decernendum Seruio Sulpitio censuit: statuam non censuit. Nam si mors legati sine  
 caede, atque ferro nullum honorem desiderat, cur decernit honorem sepulturae, qui maximus ha-  
 beri potest mortuo? Sin id tribuit Ser. Sulpitio, quod non est datum Cn. Octauio, cur quod illi datum est,  
**Statuae ad** huic dandum esse non censet? Maiores quidem nostri statuas multis decreuerunt: sepulcra  
**sepulcra.** paucis, sed statuere intereunt tempestate, vi, vetustate: sepulcrorum autem sanctitas in ipso so-  
 lo est, quod nulla vi moueri, neque deleri potest. Atque ut cetera extinguunt, sic sepulcra fiunt san-  
 ctiora vetustate. Augeatur igitur isto etiam honore is vir, cui nullus honor tribui non debi-  
 tus potest: grati sumus in eius morte decoranda, cui nullam aliam gratiam referre iam possu-  
 mus, notet etiam Antonii nefarium bellum gerentis scelerata audacia. his enim honoribus habitis Ser.  
 Sulpitio repudiatae, reiectaeque legationis ab Antonio, manebit testificatio sempiterna. Quas  
 ob res ita censeo, cum Ser. Sulpitius Quinti filius, Lemonia Rufus difficillimo Reipublicae tem-  
 pore, graui, periculosoque morbo affectus, auctoritatem Senatus, salutemque populi Romae, vitae  
 suae praeposuerit: contraque vim, grauitatemque morbi, contenderit, ut ad castra Antonii, quo  
 Senatus eum miserat, perueniret: isque cum iam prope castra venisset, vi morbi oppressus vi-  
 tam amiserit in maximo Reipublicae munere: eiusque mors consentanea vitae fuerit, sanctissime, ho-  
 nestissimeque acta: in qua saepe magno vsui Reipublicae Ser. Sulpitius, & priuatus, & in magistrati-  
 bus fuerit: cum talis vir, ob Reipublicam in legatione mortem obierit: senatui placere, Ser. Sulpitio  
 statuam pedestrem aeneam in rostris, ex huius ordinis sententia statui: circumque eam statuam lo-  
**Quae ver-** cum gladiatoribus, ludisque, liberos, posterisque eius, quaeque versus pedes quinque habere, quae hic  
**sus.** ob Reipublicam mortem obierit: eamque causam in basi inscribi: utique C. Pansa, A. Hirsius Con-  
 sules alter, ambove, si eis videbitur, quaestoribus urbis imperent, ut eam basim, statuamque facie-  
**Statua Ser.** dam, & in rostris statuendam locent: quantisque locarint, tantam pecuniam redemptori solu-  
**Sulpit. in** dam, attribuendamque curent: cumque antea Senatus auctoritatem in virorum fortium funeri-  
**Rostris.** bus ornamentisque ostenderit, placere eum quamplurissime supremo die suo efferi: & cum Ser.  
 Sulpitius Q. F. Lemonia Rufus ita de Reipublica meritis sit, ut his ornamentis decorari debeat:  
 Senatum censere, atque e Reipublica existimare, Aediles curules edictum, quod de funeribus habeant,  
 Ser. Sulpitii Q. F. Lemoniae Rufi funeri mittere: utique locum sepulcro in Campo Esquilino C.  
**Sepulcri** Pansa Consul, seu quo in loco videtur, pedes triginta quaeque versus designet, quo Seruius Sul-  
**spatium.** pitius inferatur. Quod sepulcrum ipsius, liberorum, posterorumque eius sit utique: quod optimo iu-  
 re sepulcrum publice datum est.